

potes. Nemo tibi non modestus sodalis placet  
Morales hystorias totis hauris auibus. imbi  
esq; fieri melioꝝ preceptoris tui monitu miteris  
Sic michi qui te instruit teq; obseruat et amat  
maxime. vir tum doctus tum probus de te locu  
tus est. Caspar. cuius hortatu libellum hunc  
de te scribere sumus aggressi. Preceatus enim  
summo studio nos fuit ut aliquid scriberemus  
ad erudicionem institutionemq; tuam aptum  
et compendiosum. Optauissemus hoc oneris al  
teri fuisse mandatum qui et pulchriora et meli  
ora q̄ nos tradere potuisset. Neq; enim tu es  
quem mediocra deceant. neq; nos sumus qui  
sublimia prestare valeamus. Sed neq; obe  
quium tibi neq; preceptoris tuo voluntatem ne  
gare debuimus. ne vel maiestati tue vel dilectio  
ni sue videremur aduersi nunc presertim qua  
do saluatoris nostri. Natalicia celebramus in  
quibus mos est fidelibus cristianis inuicem  
munera missitare. donadum quide tibi aliquid  
hoc tempore fuerit. Sed quid est quod elargiri  
tibi nostra paupertas queat. Non possumus  
cum piscatore dicere. surge et ambula. quia nec  
huius meriti sumus. nec tu deo fauente hoc indi  
ges auxilio. S; aurum et argētum non ē michi  
Esperiri licet et dicere. Quid ergo tibi donare  
aliqd possumus q̄ tui quod magistri precibus